B. N. C
FIRENZE
1083
1

1083.1

A

1083
1

VI 1 B

GENIUS [illegible]

[illegible] 1527

GENIVS
ITALIAE

CI
1872

BIBLIOTH · PVB · FLORENTINAE

1083.1

IN DIALOGVM/QVI DICITVR GENIVS

AVCTORIS PRAEFATIO SIVE ARGVMENTVM.

AQVOdam ſæpius interrogatus Genius noſter/ Cãdide Lector. Aquo. Quid. & quãdiu Italia ſibi timeat. Quis futurus bellorum exitus. Quis uictor/ in coeteros imperaturus. Demum ſi in omni Italia locus fiat/a Fame/Peſte/& Barbarorũ gladiis/tutior. Super eiuſmodi diu cunctatus/ recunctatuſq; Genius Hac ipſa eadem die prima Ianuarii/ Anni noſtri/ Vigeſimi quinti/ad Milleſimum/commotus/ac fremens Genius/ in hæc ſequæntia verba prorupit. In proſa nos Deos/primo irato Numine / a ſua quiſq; ſceleroſus/contumacia/ſe/familiamq; ſuam/ Ad trigeſimum uſq; quintum. Tuta deinde in orbe pax. Cultu vnico emẽdato. Ephoebis ocium. Pubium nullo priſus ſuperſtite. Cæſar. Cui / vbi bene Deo audiat / Numina fauent/ ad conatum vnoſe miniſtrant. Parent Ele

menta.Mors/haud eodem pilograſſabitur in omnes. A qua diffugere nulli prorſus datur. Iis dictis Tacuit, ad recenſita nuper Mariæ Magdalenæ Natalia. In quibus ſua ipſius ſpōte, Genius ad citatos/ euocatoſq; omneis Italiæ Populos/fuſius eſt conſequentia perlocutus. Quæ in omnium vſum dari modo in lucem/operepreciuṁ duxerimus. Ea/tu Candidæ Lector, minimis haud offenſus/ perlegito Fient ad uerbum omnia: Nec quid retrorſum cadet. Nempe cœlorum clamor eſt, & oppido læſi Numinis ira, in reſides/ & ocioſos. Vale. Ora, vt dures/ teq; ſerues ad fœliciora tempora. ſi tamen fiant, tuo die. Kl̄is Sextilibus. Sal. An. M. D. XXVI.

S . P . Q . ITALIAE CONCILIVM CONSVLTORE CONCILIATOREQ. GENIO GENIVS AD POPVLOS ITALIAE

HIC IDEO Vos Italiæ, ſed Tu
ſciæ imprimis Populi, in vnũ
togi. Lituo amoto, curaui
mus: vt rebus veſtris, hinc pri
uſq́ dimittamini, a vobis q̃ ſe
rioſe conſulatur. Illiſq; ex induſtria, adeo pro
ſpicitatis, Ne pro graui quorũdam libidine,
& multo, alienæ rei appetitu, exteroꝝ, & præ
da, & ludus ſitis, Adeunt fines veſtros, vt cer
tus quidẽ rumor, vbiq; fertur, Hyſpani, inge
nio, & arte ſagaces, bellorum armis, omnium
imprimis potentiſſimi. Quibus niſi, multo
aſtu, & citata admodum Prudentia, occurri-
tur: dabunt profecto vobis, graue danum, &
vltimum malũ. Noſtis, & alias hominũ natu
ram. Vbi maximo cum veſtro dãno, etiã mul
torũ milium hominũ ſtrage, experti fuiſtis,
efferræ huius gentis in explebilẽ rerũ veſtrarũ
ingluuiem, & famẽ oppido impatientiſſimã.

Horum mé, nec præterit memoria, minuſq; inſtantia latent. Editiori in gradu, q̃ vos ipſe natiue ſum: vos vero indepreſſum, humileq; ſatis locum: & Natura, & Fortuna iactarunt. Sum præterea veſtrorũ omnium ætate gran dior, cui nec ſēſus, nec intellectus qcq̃ inter pellauerunt multi, & longi dies. Sũ mens to tus, formis, ac reꝝ experientis oppido plenus. In quem, cœterorũ omniũ vorax nō poteſt tempus. Nullis propterea unq̃ fractus, aut de fectus, iuribus. Sed Arte. Sed Scientia. Sed Sa pientia. Sed ea imprimis Prudentia preditus, quã vos Vrbanã, & Politicã dicitis. Confidã propterea, hanc & Prudentiæ, & cõſilii herbã, mihi modo, in ueſtro nogocio, ſine lite dabi tis. Ad hæc, non mihi quidē, ſed vobis, capi tibuſq; veſtris tantũ luditur: Licet ipſe ſuaſor, quiq; bonorũ omnium conceptuum vobis impulſor ſum, extra aleã, omnino nō ſim. Vt quidē quod verũ eſt, ſub ſacramento tñ dicã. Noua maieſtatis luna ſudat, & in profanatam domũ, graui inſtat ruina, quod iniurioſo, ſcã deſcentiq; Marti, ſit ſemenſtribus locata, di uino probante Numine. Proindē ne vos du bios, ſuſpēſoſq; animo, diu detineam, de ipſa hac eadē re, & inſtanti negocio, prior, quæ

ſentiam cōcinte, alioquin aperte dicā. Sed de danno primum, Quod vtiq; vos manere de proximo, Aſtra, Oracula, & Voces huma ne cōclamant. Quin tuæ huius fatalis ruinæ, perinde, ac decretoꝶ Dei, vel in cunis filii tui fatidici ſunt. Inferam deinde mali, dániq; tui cauſam. Ita & aquo, & per quem, hæc tibi Ita lia modo mala inferātur curtius ſubnectam. Cuius videlicet auctoritatis, cuiuſq; potentiæ ſit, qui cum mox tibi conſerendū ſit. Hic ne quaquam Italia ſubticuero, quod hic: qui modo venit ad tui ruinā: & excidiū: tibi ſit: & Natura: & Fortuna inimicus. Sed Tuſciæ im primis. Poſtremū: vbi vos meis verbis fidem adhibeatis: malo huic veſtro: remedia: quæ impendio profore credam: q̄ aptiſſime addi dero. Quæ vobis modo ſuggerēte: impellen te: impenſeq; cogēte neceſſitate: occurrant. Per quæ: fatale hoc: & oppido pernitioſum infortuniū euadere: effugere: & eminus a vo bis propellere: ut cumq; valeatis. — Dannū — Cauſa. — Hoſtis — Reme dai.

❡ Aggredimur diuino auſpicio primum: Dā num. ſ. Vos igitur Ethruſci populi: quibus im primis agitur: ad quos: & primum loqui: no ſter modo intentus eſt: patientes mihi obſe cro: cōmodate aures: Ex induſtria inteditęs — Dannū

& ſeruate ſingula. Ad hæc : in bonum quæſo excipite:quæ vobis per affectum loquor om nia. Spero ꝓfutura ſuo die : vbi ea: vt decet: Dānū. teneatis. Dannū: malūq; igitur : quod vobis: veſtro irato Numine; mox mox imminet: Pē detq; veſtris capitibus: citato adeo veniet: vt vtrinq; illud vobis impluerī facile credas. Ne quaq̄ illud quidem priuatæ vnius domus: aut familiæ tantum. Nequaq̄ ſacris herbis. Ne quaq̄ carminibus: medicabile. Nequaq̄ demū vt tui Tyrāni: ſibi grauiter imponentes: depu tant muneribus: & pecuniis. ſuo ipſorum arbi trio leuandū: tollendū : ab ſeq; propellendū. Nempe qui aduerſum te exerto: ſtricto: & ele uato gladiō veniunt: Tyrānos tuos pecunias habentes volūt. Non.n. ea hæc illoꝝ fames: quæ familiaꝝ tuarum parte expleatur; Totū Hyſpanus famet. Quo circa dannum : quod modo vos Deo volente: Deoq; ꝓbante expe ctat: eſt veſtræ totius Reip. lapſio: qua ſtante: ſtatis, qua ruente inelectabiliter ruitis in lon gam grauemq; ſeruitutem: inimicoꝝ veſtro rum ludū: ad populorū omniū carmen: Infe ram: vt ludibrio ſitis vniuerſo orbi. Maiorē: grauioremq; hac: calamitatē : miſerioremq; ſortē: Fortuna: q̄uis indignabūda: non habet: quam in

quam in homines/ odioſe inferat. At qui gra
uior / duriorq́ʒ porro eſt/ q̃ Mors captiuitas. Capti/
Satius/optabiliuſq́ʒ ingenuo preſertim homi uitas.
ni / fuiſſet mori / q̃ Hoſti/Natura/inimico ſer
uire:q̃q́ʒ eſſe/& viuere ſub Hoſtis clementia/ Hoſtis
vel gratia / quæ ſemper dubia eſt/ & plurimũ grã.
inſida.O Ciues/ Ciues vos hactenus edidit Na
tura/ſeruauit Fortuna Liberos. Durate quæ
ſo.Næc omnino cõmitatis/ſeruos fieri extera
raꝝ gentiũ quarũ linguã ignoretis/& mores.
Quã a Patribus accepiſtis Libertatẽ/ eã inte/
gram/imperturbatam/illeſam prorſus ſeruaſ
curate filiis veſtris. Quippe q̃ / nec amplioris
patrimonii fieri poſſunt a vobis hæredes.Me
mentote quæſo / ſæpiuſq́ʒ vobiſcũ reputate/
captiuoꝝ ſtatum/ q̃ miſerũ/q̃q́ʒ infœlicẽ.Quã
do nulla prorſus Captiuis datur ab imꝑfecto
labore requies. Qui in aliena poteſtate ſunt/ Captiu
a labore Panẽ/ſub certo pondere/dietim mu orũ ſta
tuant/ vt viuant. Quin ad ſanguinem vapu tus.
lant/niſi Laboris/& operis/penſum reddant.
Modo nimiꝝ deputo/eo Cylindri ſũmitatis/
Tyrãnicæ veſtræ fœlicitatis deuenit aſcenſus.
Vt ſine totius diſpẽdio/ vobis vltra nõ detur/
altius aſcendere. Eſt quoddã a Fortuna ire te
nus / ꝑcluditur vltra.Nõ niſi ad caſum / q̃c̃q̃d

ſequitur O vere miſeri. O fœlicitatis inanes.
O oppido infœlices Filii / parentũ veſtrorũ /
malitiæ / Nequitiæ / multæ impietatis / ſcelerũ
omnigenum / ita & pœnarum illorũ hæredes.
O malis / peſſimiſq; nati diebus / Quibus vlti
ma mala gentis / & Ciuitatis veſtræ videatis.
Velitis / Nolitis Tyrãnorũ filii / ad Fluuii veſtri
ripas / nunc nunc / vobis veniendum eſt. Cubi
le primũ / & natiuũ nidum. Quo tñ frui / nec
forte ocioſe dabitur. Sic Cœli offenſi volũt.
Sic Aſtra coniurata minantur / Iura omnia cõ
clamant / vt cũ ruinæ impetu fiat / veſter a ſce
lerũ omniũ fœlicitate deſcenſus. Iuſtũ profe
cto nequitiæ veſtræ rependiũ / vt aliis ſub cen
ſus pondere ſeruiat / qui ſuis neſciat cum Iuſti
tia / & Pietate imperare.

¶ Hæc de inſtanti dãno fuerãt Itali Populi /
quæ pro hac temporis anguſtia dicerem. Cõ
ſulto reticeo malum vobis / q̃ ingentiſſimum
ab Epydimiæ Peſte / & Fame futurum.

¶ Modo vobis ruinæ veſtræ cauſam: Cuius
Cauſa. & ſi haud neſcii ſitis: ipſa tñ vobis / vt notior
fiat / eandem reuelato aperiã / propter quam
hoc in te miſera / ac nimis deploranda Italia /
& rerũ / & vitæ defertur diſcrimen: Quam vt
vno verbo / & in faciem tuã dicam. Tantorũ

malorum cauſa/vos ipſi eſtis/boni Ciues/Nõ vtiq; Politici. Nõ Pub. veſtrarum rerũ (vt bonos decet) ſtudioſi: Sed Tyranni omnes/ Malitia/Dolo/Fraude/Rapinis omnimodis/ in ſimplicem/& pauperẽ Plebem/ impendio potẽtes. Iuuenes Senſu/ Inertia/& Segnitie Senes. Inanes Conſilii/Prudentiæ Pauperes. In proprios/alienosue Thoros/plus ſatis/q̃ ipſa veſtra Natura patiatur Laſciuiores. Ad id/ ob ingnauiã/ob deſidiã/ob Luxum/ob Dominatus/&alienæ rei cupidinem/eorum qui Rẽp. in Tyrannidẽ agunt/nimis/nimiſq; patientes. Non Populus/ſed Plebs ignominioſa/ Hominum infimorum farrago/ſeruitiis & comodis Nata Tyrãnorum, Popelle iners/vilis/pauci Animi/minoris Cærebri: qui neſcias niſi ſub timore/& aliena poteſtate viuere. Cui laboras/cui ſudas miſer? nõ ne Tyranno? Qui ſub mentita/falſaq; mutui ſpecie. Ita ſpoliis multiplicibus/te indies adpauperiẽ vſq; agit. Cui nimium/nimiumq; infœlix duxiſti Vxorem? Cui Filia Nupſit? Et quas domi habes Filias/quo Triclinii domus tuæ loco/ tutas a Tyrãno tenes? Nũ incõſulta illius Libidine/modo in Vxorẽ/modo in Filias dietim opprimeris? Et id totum/alto te ſilentio

Tyranni vita & mores.

Plebs

premere oportet, vt viuas? O Ciues, Ciues, veſtri danni haud neſcii. Placita nimis, uos agit cæcitas, Quippe qui ad Furtũ, ad Rapinã tractatis publica, de Proximo dabitis in Laqueũ. Iam iá in tereti Lapſu, ſunt pedes veſtri, vt totus Homo ad caſum ineluctabilem ruat.

Tyranni fautores & cõplices.

¶ Veh modo aquarũ accolis. Triplex vero veh Ciuitatibus, idẽtidem Oppidis, quæ Flumina ſecãt. Graue tibi veh Tuſcia, Italiæ Flos cuius impietates, multipliciaq; ſcælera, Aſtutiæ, Doli, Fraudes, Furta, Rapinæ, Multa & Pinguis Gula. Vtraq; nefanda Venus, Mundo apprime notum fecerunt Tuſcum nomen, omnibus, vel ſcæleroſis impenſe odioſum.

¶ O miſera nimis, O oppido infœlix, & deplorãda Tuſcia, Religioſa olim Ludus bonarum omniũ Artium, Virtutũq; magiſtra Diuini cultus, ita & Cærimoniarũ mater. Quid quæſo in te modo ſanum? Sed quid non corruptum? Non vicioſum. Quid demũ non putidum? Non morbidũ, nõ Tabo plenum? O miſera conſumatiſſimæ iniquitatis, ſcelerum impietatis, & proditionũ infamiæ vetuſti. Vt ſiquis in vniuerſo Orbe, & apud omnes Linguas, bonus inſignem aliquẽ ſceleroſum, vnico verbo, notare velit, ſat illi, & abunde ſit,

Tuſcia

dixiſſe Tuſcū / perinde / ac fueris totius Italiæ / Hominum vicioſorū / guttulus / qui in Orbem vniuerſum / vitia ſtillet / & impietates. O inſignem Tuſciæ gloriā. O ingentē / o magnū / ſpectandūq; nominis / & famæ Theſaurū. quē ad te de Orientis / Occidentiſq; Terris tui aduehunt Mercatores / parco ne dicā honeſtatis tuæ / & veteris gloriæ prædones. Qui apud exteras / & longe ſepoſitas nationes / de tuo nomine / & bona fama turpiter adeo negociantur. Hæc in Ciuitatibus tuis paſſim ſūt / de nō cōceſſo Fœnore aureata Palatia. Hæc ad multū luxū Pomeria. Hi intus / Foriſq; ad ſuperbiā victus / veſtituſq; / multi / & varii ornatus. Hæ domus illæ tuæ vicatim magnificæ / quæ ſi exprimantur / ſanguine ſudant / madentq; Pauperū / Hæ ad Tēpe / & apricū Solē porticus cōcameratæ. Hi ad procliuiorē Luxum tuū / Horti penſiles / ſuper quibus modo ſtant / pendentq; Dei ſecuris / & enſis. Hæc / & illa / in qua plurimū cōfidis / & gloriaris / multa / & Auri / & Argenti / congeries / Orphanorū / Viduarū / & Eccleſiarū DEI ſpolia. Ah nimiū infœlix / hoc primum abs te falſa es / Alteri q̄ tibi proderit / de ſacro congeſtū Aurū. Per qd / tua tibi fiet dilata ruina maior. Quod Cœlū

expetiere, Orphanorum clamores, ita, & vi
uæ innuptaꝶ Puellaꝶ lachrymæ, eaꝶ potiſſi
mũ: Quæ tua culpa (Orbis Tonſtrinulas) op
plent, & Lupanaria. Nul ũ demum per Orbẽ
hoſpitium eſt, in quo de filiabus tuis, aut ſcor
ta, aut panifices nõ ſient. Prætereo quod ad
DEI aures, contra te, in tuũ, & malũ, & dannũ
cõtinuo clamant dirutarũ Eccleſiaꝶ Tituli.
Quippe qui, de remotis, & valde longinquis
partibus, has ad te, in tuum, & dannũ, & malũ
aduehunt, cõducũt Barbaras, ac inimicas gẽ
tes, vt de te, tuiſq; ſceleribus exigant, DEO ira
to, pro meritis pœnas. Ah nimis deploranda
Tuſcia, quæſo modo libeat, ſi libet, inter nos
exteris amotis arbitris, paulũ de te ſine bile lo
qui. Quis fide tua, ſubiectoꝶ tuorũ eſt. Qui
de graui tua Tyrãnide, de infidelitate, de pa
ctis, de nõ ſeruatis cõuentibus, abunde tecũ
agere nõ poſſit? Identidẽ de grauaminibus,
de ſpoliis, de rapinis, deq; mentitis p̄ſtantiis,
omni proclamante Lege, ita & Iure, repetũ
dis. Quod demũ eſt, in tua ditione ſacrum,
quod diuinum Templũ, nõ exhauſtum, non
profanatũ? Quod Sacramentum cum tuis
habes integrũ? Quod fœdus, quod pactum,
vel iuramento firmũ, nõ abruperis? Quem

ſubditorum habes,qui ſuo Labore, ſua Arte, vel Induſtria,quicq̃ ad victum habeat,quem breui hora, quin minimo horæ momento, ad Pauperiem vſq;,nõ deducas? O ſacra alieni fames,de qua vili, & futili merce, in multã Pauperum tuorũ iacturam, & dãnum, nundinis ſingulo quoq; per Ebdomadam die frequẽtatis,nõ auidiſſime negociaris? Subnectã quod diſcere,ſcelus,ſceleratiſſimum eſt. De Sole, de Aquis,deq; cæteris Elementis, Quibus Pientiſſimus DEVS,bonos,perinde,q̃ gratioſiſſime impartitur, ac malos. Tu lurca ac omnium voraciſſima,de iis omnibus forum ſtrictum paras,& graue Emporiũ facis Quin de Fœminarum colis,& penſis curas,vt nulla in tua ditione,& ſub tuæ Tyrannidis poteſtate, omnino Fœmina ſit, quæ filet Stamina gratis. O Lupina rabies, o fames explebilis, quis tuorum,rerũ ſuarũ. Adeo ſtudioſus, quẽ vno die ad pauperiem nõ impellas,quem ad extremum victum nõ de pauperes? Quem tuo frumento egere nõ cogas? Impatientiſſima vt tuorum partiariorum quiſq̃,quicq̃ habeat. Tua hæc ſcelera. Tuæ hæ impietates. O miſera, O oppido infœlix, in tuũ malũ,in tuũ dãnũ,Cœlũ cõmouerunt,& Vndas.

¶ Quid quæſo modo tecum reputas miſe ra, quid agis infœlix, quid ſuper hac re ſciti, cũ tuo Populo agere tandem, cogitas. Quid captas conſilii. Satis quippe præcipitatum di citur, de graui re, ſubitum, ac tumultuarium conſilium. Nempe malũ inſtat, & tempus vix datur, te te, vt defleas. Hucuſq; miſeran da, Oppidoq; deflenda Tuſcia, & imperfecte ſatis, de inſtantis tuæ ruinæ cauſa.

¶ proſequor modo intentum, vt qui cum, ſis Hoſte congreſſura: ac conſertura manus: & cum quo inimico; nunc: nunc: mortis cõ greſſum accipias: ſubinferam. Propter quod expergiſcitor. Tu inſolens Tuſcia: & patulas ad me erigito aures. Pedes in te colligito tuos: ne plus forte igne caleant: quem tuis malis moribus excitaſti. Hæc tamen dies: q̃ tibi inſtare videtur: in qua plurimũ times: te ad maius dannum ſeruatã præteriet. Alia ſu perueniet citata: in qua tuæ aquæ: Ciuili cruore Rubræ fiant.

Hoſtis

¶ Nempe res tibi eſt: cum Rege potentiſſi mo: DEI Vexillifero: Chriſtiani exercitus Imperatore Inuictiſſimo. Cui DEI iuſſu: in Tyrannos: in Turcas Cœlum militat: & Ele mẽta. Cui in ſuperbos: in male vtiq; ocioſos.

In CHRISTI

In CHRISTI inimicos: Barbaræ hæ gentes: gladium deferunt: & ignem: Hanc tu Cœli digniſſimam prolem: modo rhymis: modo ſignis ludere: ſceluſq; lepidum viſum eſt: nuper irridere. O parui Cærebri: o multe leuitatis Populi. Nullius futurorum euentuum rationis & penſi. Modo miſer fiet. Vt ludus tui: luctus fiant. Ipſa etenim experieris te: an equo Cœſar ſobrius inſedeat: an ſuper vegete ebrius. Atqui diuinus hic Cæſar: in eiuſmodi iniurioſos: q̃ clementiſſimus: & iniuriarum q̃ patientiſſimus eſt. Harumq; minutiarum: (vt quidé Imperatorem decet:) apprime immemor. Sed aliud porro ſcelus tuum eſt: quod ad ineluctabilem ruinam te aduocat. Cæterum pauca hæc hactenus de Hoſte Italia Tyrannorum tuorum emendatore. Reliquum eſt: remedia inferam. per quæ DEVM: ita: & Cæſarem: ſine armis: ſine præda: ſine cæde: & ſanguine valeas: vbi velis promereri.

¶ Adſitis obſecro nobis vos primum Ethruſci Populi: deinde quibus eſt Italum nomen. Nempe vobis imprimis agitur. Quod DEO volenti: exigentiq; penſuri exempla eſtis. Primum DEVM placare ſatagite: Illiq; vos red Remedia.

dere curate:& Fide :& Amore integros. Ita & Patriæ Libertatis: & commodi ſtudioſos. In vnum omnes deinde contedite ſignum. In quod vos modo dextera Fortuna vocat: ſiniſtra auocat: quæ veſtrum vobis bonum impendio inuidet. Etenim ex propoſito. currere aduerſus fluentes: labenteſq; aquas: non vtiq; minoris inſaniæ eſt: q̃ laboris: Nulli vnq̃ proprio vſui: datum eſt Cœlo ſcandeſcenti aduerſari. In ſaluificum igitur Cæſaris Vexillum: vnoſc omnes reſpicite. In quo oculis perlegite: Auium Reginam: Chriſtianum præſeferentem ſignum: ad CHRISTVM: communem omnium reparatorem: Orbe deuicto: Triumphatoq; : Oliuæ ramum: hunc ato ore ferentem. Auete & ſpiritus: & veſtræ Reipub. Libertatem: De pulſis: ſubactiſq; Tyrannis: ſitis ex animo Aquiliferi omnes. Hæc voluntas DEI eſt: In hoc Cœli commilitant: & Aſtra: Ad hoc exerto: ſtrictoq; enſe: huc a DEO mittitur Cæſar. Vt Tyrannos deſtruat: deponat: infimetq; ſuperbos. Humiles: Politicoſq; Ciues: ſuæ ipſorum Patriæ ſtudioſos: a Terra in Cœlum eleuet. Inter quos Communitatem: æqualitatemq; firmet: & pacem. Vos Ciues

quæſo : veſtri primum oppido miſereſcat. huius deinde Italiæ Vmbilici:biferis Alcinoi viridariis:nequaq̃ inferioris : Ne illum ob veſtram mentis duritiem deuaſtet : Conſumetq; DEI ſecuris : Gladius : & Ignis. Huic quæſo Ciues veſtro medico iconſulto : occurrite malo. Nullius ad id : niſi voſtra tantum:indignetis ope Profecto eſtis ipſi vobis ſatis. Pigeat : Tedeatq; vos : prolapſæ veſtræ Reip. & frequentiſſime adeo Ciuitatis : Nonaginta iam fere : & Sex Annis ſuorum Ciuium : & conſilio : & ope orbatæ. Confidite:non eſt opus libero homini :medico : Næc Sacerdote eget : qui ſe : ſuaq; : inculpato iure :regat. Nempe eſt veſtris in manibus certa ſanitas : & veſtræ Reipublicæ Salus. Audete audete inq̃. Et quam ad ſalutem veſtram : DEVS vobis vltro affert medicinam : Læto : audaciq; animo excipite. Vobis adeſt DEVS : vt adiuuet : Eſtote animo fortes : & q̃ audaciſſime præliamini prælia DOMINI. Deuouete vos : animaſq; veſtras. Spiritus:& Patriæ Libertati:Amouete timorem : Eminuſq; a vobis animi propellite ſegnitiem. Audete in Tyrannos : vobis aut mori liceat : aut non ſubeſſe Tyrannis.

At qui pulchrum : honorificum : & impen dio ſanctum ducite pro Patria mori. Propte rea ne a facie Tyranni vereamini. Confidi te inuitus cadet in manus veſtras : DEI mi litiam agitis : & veſtri exercitus ductorem habetis DEVM : vbi pro amore Patriæ : vbi pro honore : & gloria DEI : arma vertis tis in Tyrannos : in Patriæ inimicos. Nec om nino eſt : vt modo a quoq̃ vobis timeatis. Summite animum : propellite timorem : res in tuto eſt : vbi agere ex animo velitis in Tyrannos : Vbi in DEVM : vbi in Patriam ſitis pientiſſimi. Vbi retinendæ : & ſpiritus : & Reipublicæ Libertatis apprime fueritis ſtudioſi. Nec aliud quicq̃ ex vobis Ethruſci Populi cupit : hic DEI miniſter Carolus : niſi veſtræ Reip. Libertatem : mutuam in ter vos dilectionem. Iuſtitiam : Legum reuerentiam. Communitatem : Aequalita tem : & Pacem : & eam : quæ prorſus Chri ſtiana ſit.

¶ Hæc nimirum Itali omnes Populi fue rant : quæ ad inſtantium malorum : d in norumq; veſtrorum euaſionem : ratus ſum inſtantiſſima potentiſſimaq; remedia. Quæ ut aptius vobis inhæreant : eadem vobis

curtius: & per ſummam repetere: me haud pertęduerit

¶ Vbi ſalui: vbi ab inſtantibus malis: & dan nis: tuti eſſe velitis prepotentes & audaces Populi: amotis odiis: componite inter uos Lites: quiſq; contentus ſuis terminis. Eſto te unanimes: un cordes: integri. DEO Opt. Maximoq;: ex animo reddite profeſ ſam Fidem. Illiq; ad conatum officii repo nite locatam gratiam. Patriæ: ſui: ſuæq; familiæ qu q; ex induſtria ſtudioſi. Inter uos ſeruate Communitatem: Aequalitatem: ita Leges: & Iura beneuolentiæ: & Amicitiæ. In ſubiectos tenete Iuſtitiam: Clementem imprimis: & oppido benignam liberalita tem. Honorate municipes Leges: & ſcita maiorum. Eos potiſſimum imprimis om ni obedientiæ officio amare: obſeruate: co lite: qui veſtram Remp. ex Pub. comitiis: cum decore: & maieſtate agant. Modo quid ſuper hac veſtra re: negocioq; potiſſi mum velitis: Quidue conſilii incæptetis: audire ex uobis expecto auidior. Confi dam: ita &: hæc ueſtra Italia: & Tuſcia ma ter.

Reme diorũ Epilo gus.

POPVLVS.

Peramande plurimumq; obſeruande Cõſultor: & in optima ſemper impulſor Spiritus. Tuq; ueneranda communis parens Italia: Signum honorificum: In quod Fide: Amore: Conſilio: & Armis contendere operepretium eſſe: nec quiſq noſtrum eſt: qui iure ambigat: aut cuiq̃ uenire poſſit in dubium. Pro cuius honoris: gloriæ: & amplitudinis augumento: ſe: uitamq; ſuam Patriæ deuouere iuſtum credimus: & impendio ſanctum. Tibi nimirum nequaq̃ a nobis minores gratiæ habendæ ſunt: pro hac ipſa tua in nos monitione: & graui cenſura: q̃ fuerant hactenus referendæ de magnifica: quam abs te trahimus origine: propter quam impenſe ſatis honeſtati ſumus & nobilitati: cui pro meritorum dignitate locatam hactenus non repoſuiſſe gratiam: perpiget: pudetq; Meditati uitam emendare poſthac. Tu: quæ in tuos es: Natura uoluntate oppido Clemens: identidem: Pia: ac Indulgentiſſima: nos filios alumnos tuos ad benigniorem gratiam excipies poſthac.

¶ Modo hoc tibi Geni contra fiat a nobis reſponſum: quod ubi ad tua omnino non reſpondeat perfecto obſecro: ueniamq́ preſtato. Sumus etenim tibi: ut Natura: ita & ingenii perſpicacia oppido impares. At qui nobis nimirum (ut dicis) imprimis luditur: & noſtra omnis familia in Fortunæ alueolo eſt: ni maturo a nobis: modo occuritur conſilio.

¶ Id demum eſt ſuper inſtanti negocio: Populi: ac Plebis vniuerſæ conſilium: ea lege firmum: ut integrum ſemper ſit. Videlicet: aut mori: aut altis non ſubeſſe Germanis: ſed Hyſpanis minus. Nolumus: rebus; familiiſq́ noſtris eſſe nobiliores. Nimirum qui Familiam: Qui Remp. Qui Libertatem a nobis eripiat: eripiat & uitam. Dedere nos hoſti: ut cum ingnominia ſerui uiuamus: vnq̃ haud committimus: nec quicq̃ facere: quod hoſtis iubeat: aut uelit. Alioqui Spes omnis noſtra eſt: in DEO in Pecuniis: & in natiua Hoſtis Auaritia: quæ multa: & uaria ſemper fuit.

¶ Nunc demum miſera cado: ſpe omni ſublata ſalutis. Maturiori conſilio ipſa Egeo: non Armis. Vt enim mihi quidem uidere uidetur: nimia uexatio: ingentior inſtantis periculi Timor uobis intellectum abſtulit: & mentem. Res oppido magnæ: & multæ molis: inconſulte adeo miſeri non fiunt. Non de malo quidem: non de danno: quod iſtet: ſed de aſſequenda ſalute cōſilium eſt.

ITALIA.

¶ Sinito quæſo dicat: ueniatq; ad ſui ſermonis Exodium. Eius eſt Naturæ omnis ſatuus vt niſi paſſus ſapiat: Quippe qui: ut ſua cæteri fruantur ſtultitia. Eo alios plurimum delectat: quo ſibi primun obſit.

TVSCIA.

¶ Quid uis dicat? Dixit: prorſus ſui neſcius. Scopum attigit: quem non debuit. Vltra ubi cogas: quod audire uelis. Iam

dicta dicet

dicta dicet: & aget actum.

ITALIA.

¶ Atqui multis iam euenit: vt plus dicen/do: q̃ conſultando ſapiant: ſine dicat: quicquid ferat animus.

TVSCIA.

¶ Vbi conſtare ſibi velint: eorum nati: qui ſuperſtes fiant: non ſolum miſeri: ſed ſem per ſerui: & miſeri viuent. Eſto dicat.

POPVLVS.

¶ Non vtiq; eſt: vt ſententiam feras anteq̃ audias. Nec aliquo adhuc Mens noſtra ti/more occupata eſt. Libera eſt: multæ fidu ciæ: & bonæ ſatis ſpei. Vanis curioſorum hominum vaticiniis/ haud mouemur. Nempe puſillorum eſt: nequaq̃ Italicæ gra uitatis: ac maieſtatis dignum: quæ fatidice ferantur ad ſua danna credere. Quiſq; ſpiritum ſuum ſequitur: & quod potiſſi/mum velit loquitur. Tandem/ vel nobis inuitis/illud de omnibus fiet: quod ſit a di/

uina mente decretum : quod nemo viuens vnq̄ nouit. Fiat quod DEVS vult : Attamen ipſi nobis non deerimus. Omnia experiri prius certum eſt : q̄ hoſti deditionem facere. Prius mori : q̄ ſeruos fieri.

GENIVS.

¶ Ita ingenium eſt Hominum eorum : qui minus ſapiunt : de ſe multum confidere : multumq; ſapere / abſente hoſte.

POPVLVS.

¶ Noſtri nempe propoſiti bene conſcii / haud diffidimus DEVM de futurum rebus noſtris.

GENIVS.

¶ Demeruiſtis ſcilicet : opera conteſtantur.

POPVLVS.

¶ Eſt quippe DEVS in ſuos apprime Pius. Miſericors : & ſuper omni illorum malitia Clemens.

GENIVS.

C Quid ni Clemens ſui vbi eſtis: atqui ipſe tantum nouit qui ſunt eius.

POPVLVS.

C Eſſe volumus. haud ſua ipſius in nos Miſericordia diffiſi. Aderit profecto & nobis vbi eum de Religionis Pietate inuocauerimus. Haud modica deinde: nobis Spes eſt: in natiua Barbarorum auaritia: prona: parataq; ſemper/ a ſuo Rege: vt deficiat: vbi ſpes illis fulgeat melioris nummi. Ad hæc nos: noſtraq; DEO committimus. Spero fiet: vt noſtri etiam miſereſcat. Nequaq̃ committet DEVS nos ex inimicorum ſententia: ac Libidine diu pati. Nequaq̃ plus ſecundæ cauſæ in nos poterunt: q̃ prima poſſit. Moderabitur ſua multa Miſericordia DEVS malos in nos Stellarum aſpectus. At qui forte dabit/ vt benignis afflemur poſthac: q vana & nulla fiant: fanaticorum quorundam vaticinia. Quod & ſi hoſtem pecuniis/ aſtu/ mentitis/ ac ſimulatis fœderibus: reuincere: aut placare nequi

uerimus: omnia nobis experiri cærtum eſt: q̃ hinc Medica depulſa Familia: per quam noſtra Res p. Ditione. Imperio. Honoribus ampliſſimis: ita: & opibus mirũimmodũ aucta: & honeſtata ẽ Cæſari deditionem facere: aut illi quicq̃: de noſtro iure concedere: quod cupiat: quodq; velit. Rati longe ſatius eſſe: ſuorum pati Tyrannidem: q̃ exterorum cuiuſpiam: quibus infida ſatis eſt Fides: cœterum multa: & certa familiarum noſtrarum libido: Noſtri Tyranni porro diuites ſunt: optimarum opũ ſaturi. Ita & Pub. noſtrarum rerum ſuapte natura ſtudioſi. Ii exteri inopes: qui rerum noſtrarum tantum ſatagunt: Inexplebiles: & eius quod habeas impendio cupidi. Præterea ii omnes: qui ueniunt ad nos: nobis vt noſtra ſurripiant: non niſi homines ſunt. & in ſua tantum feritate confidunt: Qui licet ſint commeatus: & rerum inopes: eſt & illis tamen: quod perdant. Quibus nec forte minus: q̃ nobis vita fiet ingratior. Qui/ & licet: q̃ nos armis aptius ludãt: Manus attñ: cum hoſte conferre Scandeſcentia: Furor: Iraq; monſtrant. Ad hæc: vt quidem fertur: Hyſpanos didiciſſe in/

commoda pati. Ita ſitim facile per ferre: & Famem. Multaꝗ deinde eſſe vigiliarum: & incõmodorum quæ caſtra afferant. Patientiæ: Audaciæ: & Fidentiæ: per omnem conflictum. Dies deputo iam adſint: in quibus id eorum ipſi experiantur: & Ingenium: & Artem. Fuerit profecto illis: id didiciſſe opus. Vt lubet. In nos: pro ſuæ tamem Maieſtatis Clementia agat Cœſar. Nec illi / aliquod nobiſcũ eſt iuſtũ negociũ: niſi illud ſorte ſit: quod alienæ Sortis: & Natura: & Fortuna: & Conſilio ſumus. Sumus quidẽ: eſſeqꝫ perpetuo velumus. Nequaq̃ hominis omnino eſt: is eſſe: quem velis. Affectus enim quos in te Natura poſuit: nulla ui: uel Arte tolli: ex toto poſſunt. Liberum: ac perpetuum Natura dat: quicquid homini dat: Quod non niſi ipſa volente: probanteqꝫ reponimus. Inflecti ad tempus: tum Arte: tum Ingenio æque poteſt: quicquid in homine Natura ſit: Tolli autem ex toto minime. Fuerit igitur Plebs noſtra extra omnem culpam: quam / non vtiqꝫ Conſilium: ſed quidam Naturæ impetus impegit in Ludum Cæſaris: Quẽ vt nuper dixiſti / Ludo egit. At qui vbi cupiat Ceſar.

omnem volatilem ænſe petere / nego-
cium aſſumet / non minus laborioſum / q̃
ſua ipſius Maieſtate indignum. Præterea
non omnium ſcius eſt prætor. Nec ſatis di
gne poteſt licentioſa Puellorum multitu-
do puniri. Quando / nec Legibus pueri ſub
duntur / nec parent / vt velis. Liberi agũt /
quicquid agunt: & ſuam ipſorum Naturam
impunes ſecuntur ducem. Quod Cæſari
demum Cœlum / & Aſtra commilitent /
Quis huius fuerit idoneus teſtis? Dicat quis.
Hactenus rerum ſucceſſus: & euentorum
teſtata ſcientia. Hoc nequaq̃ probabile ar
gumentum eſt / eius rei quam cupias / aut
fœlicitatis / quam velis. Quod Cœlum in-
ſtabile ſit / & ſtatus cuiuſq; firmitudinem ne
ſcit. Dextera / ita / & Siniſtra / Cœlum ha
bet Sydera / vt alterum alteri ſæpe fiat im-
pedimento. Non vno / eodemq; modo /
fœlicia / ita & infœlicia afflant in homines
Sydera. Eſto afflent. Vagi / multiuoliq;
ſunt Natura homines / ſub eodem Cœli
aſpectu haud eſſe ſemper poſſunt / vt vno
eodẽq; modo / a ſtellis ſemp afflari queãt /
Et particularem locum ſibi aſciſcat vnius
cuiuſq; Aſtri reſpectus. Eſt præterea creditu

facile / ꝙ benignitas Syderis/ Quod Cæſari fauet / alterius Syderis / & Stellæ malignitate interpelletur. Quis negare audeat nos dextro afflari poſſe poſthac? Sperandũ ſemper eſt viuis / melioris euentus ſucceſſum: atqui non eſt ſpes vlla ſepultis. Hoc tandẽ eſt firmum de nobis / rebuſq; noſtris Conſilium. In hoc ſumus / ac perſtamus / vt ſuas quiſq; / quæ ſient experiatur uires / ita Ingenium / Artem: Nos intus / & noſtra tutamur. Iſti in alieno foris. Vt noſtra ſurripiãt. Audeant: Audemus & nos. Neq; omnino eſt / vt fugam ſuadeas: & minus deditionẽ.

GENIVS.

Gaudeo equidem vos / vel iam abſente hoſte / adeo eſſe animatos. Durate obſecro / vt iidẽ / & eo pſente ſitis. Atq nimiꝑ vereor / Hyſpana facies / vobis formidoloſa / præſens fiat.

POPVLVS.

Minime nobis / Nequaq̃ eſt / vt verearis. Nemo omnium profecto eſt / qui ſibi ab illis timeat minus.

GENIVS

Cum eiuſmodi tutus eſt congreſſus: Nec cum aliis quidem magis Hyſpani congredi volunt: q̃ cum illis/ qui ex nimio timore dementati/ non timent. Quod de hiuſmodi victoria certa/ & in tuto ſit. Non gentiū/ non pecuniarum numeroſa multitudo obterret hoſtem/ ſed virtutis fiducia imprimis/ & Prudens ciuium concordia inimico hoſti mirumimmodū formidoloſa eſt.

POPVLVS.

Audentiæ/ & fortitudinis/ ſpecies quædam eſt/ matura rerum ſuarum deſperatio: quæ & uires/ & ingenium præſtat.

GENIVS

Vnde iſta quæſo vobis modo deſperatio? Num a nimio/ & rerum/ & vitæ timore? Quippe qui (fortitudini/ per quā vir fortis iure dicitur/ imprimis oppido aduerſatur. Vnde cauſa impendio maior/ mihi modo oritur/ vt miſeræ huic Tuſciæ magis magiſq; ab hoſte timeam.

POPVLVS

POPVLVS

❡ Qui? e dicas illam obſecro?

GENIVS.

❡ Illam mihi quidem: omnium primam animum inceſſit. Propter quam vobis rebuſq; veſtris nunc potiſſimum magis ve rear.

POPVLVS.

❡ Quæ?

GENIVS

❡ Vos/ vobis nimis creditis: imponitiſq; ſatis perdite: & inconſulte ſatis. Nempe plus animæ habere videmini: q̈ vi/ rium. Plus ſatis verborum: q̈ cære/ bri. Promitterem nimirum vobis: glo/ rioſos de hoſte triumphos: vbi cum il/ lo: verbis tantum agendum foret. In qui bus eſtis omnium potentiſſimi. Aliud por

ro longe multo eſt: magnificã hæc veſtra dicta tactis conteſtari. Facile nimirum admodum eſt: veſtris in tricliniis: ad ignem ſedendo fictos de hoſte excogitatos loqui triumphos: Et verbis: quibus impenſe abundatis: inimicum fugare exercitum. Aliud per immortalem DEVM: iudicium eſt in campo eſſe: & aduerſo pectore pugnare cum hoſte. Qui ſi ſicut illi homines eſtis. e Talamis exite in campum: pectoraq; veſtra pro Patria: pro Legibus: pro Familiis veſtris opponite telis. Non verbis in Talamis: ſed ſub diuo foris: res agenda ſerio eſt: Gladio. Igne. Præda. Ii demum quos præde & rapinis natos dicitis: non vtiq; fament auri tui partem: ſed opum imprimis: & pecuniarum viros. Præterea/qui ad vos: veſtro indignato Numine veniunt: ſuo Regi: ſuo Principi coniurati ſunt omnes: bellorum artis peritiſſimi. Atqui veſtri milites: a vomere euocati: & tumultuarii omnes: animo confecti: & bellandi arte ignari: inimicorũ preſentiæ timidi: Quippe/qui/ad vnius extracti enſis vibratione pauẽãt. Heu miſerum: & cogitatu nimiũ flebile: Doleo:

Doleo inq̃ propter te Tuſcia: Tot mox orbã da viris:Mulierum pudicitiis: & familiis. Ab hoſtium tuorum Gladiis velites tui: perinde deſiderati cadent:ac a meſſoris falce cærulei ſegetum culmi. Heu dolendum: quot Mulieres:ſuis orbatæ Viris:alieno ſub tecto: vna die miſere lugebunt. Mitto quod quidem dicere ſcelus graue eſt. Plurimæ /ſuo priuatæ Coniuge: vltro ſtabunt alieno: ob penuriã panis: O oppido miſerabile viſu: O horridumq; conſpectum:quot Puelle /nobiles/nobilibus orte natalibus; quæ hactenus ſub vigilantiſſima Matrum cura:nec didicerunt nupta verba loqui. Ita & communes: & illæ aliæ viri impotentes: a dulciſſimis Matrum Sinibus abſtractæ: & eductæ: Panem / vt viuant: mutabunt ad impudicitiis: & ſua corpora: parui / quin ad ſtuprum: extero locabunt: Cruſtula Panis. O miſellæ Pupæ: his præſertim temporibus natæ. Quot impuberes pueri parentum ſcellerum innoxii: omnium timidi: ne Tyrannorum ſeminis reliqum in Orbe fiat: dabuntur ad necem: Quot lactentes pupuli: ad parietes: & in terram conſpicientibus matribus: illidentur:

Defle/ defle / inq̃ te te / nunc / nunc / diui/
tiis / hominibus / pudicitiis / bonis moribus/
& artibus / viduanda Tuſcia : Quæ es vici/
nior Romæ . Tyrannorum / diſcordiarum /
Tui ipſius odiorum cauſa:exteris nationibus
danda ludibrio . Vide / vide / obſecro miſe/
ra in quæ tandem mala : & danna te deduxe
rit Superbia tua : Iniquitates tuæ : & omni/
genæ : & in Patriam : & in DEVM impie/
tates . Faueas nunc demum Tyrrannis. Fo
ueas ſeditioſos : eos perferas : qui te de hone
ſtant : ac denobilitant flagitiis . Audeas
nunc in DEVM : Profanes Templa . Ab/
rumpe Leges . Degenera mores . Fœdera
Sancta pro arbitrio muta / & tolle . Aliena ſi
ne delectu rape : & quod commune eſt :
in te : & familiæ tuæ vſum conuerte . Iuſti/
tiam ita & æquitatem : ne in Orbe ſint : nec
nominentur pœnitus extingue . Non ſit in
te magiſtratus : quem honores . Non præ/
tor : non Iudex : non ſacrarum legum tu/
tor : quem verearis : quem timeas . Omni
bus omnia liceãt : & promiſcue omnia fiant.
En ſurrexit a Somno ſuæ patientiæ : & mul
tæ expectationis DEVS . Et non niſi cum

impetu: & multorum etiam bonorum rui na neceſſe' eſt fiat Tyrannoꝝ/Principumqꝫ malorum imperii finis / & mors.

Finis Genii : Ac Deplorationis Tuſciae.

Auctor ad Amicuꝫ Ita ad Lectorem Candidum.

ECCE Habes: ſi tandem ha bes de communi noſtro Ge nio: quod totiens expetiuiſti Iubet ſit apud te: & tibi tan/ tum habeas. Nempe nolit eiuſmodi minutias ab re: & fru

ctus inanes in lucem dari. Non in ſacramen to/aut miſterio quidem: ſed longe conſpe tiora in vltimum malum pericula ſunt. Ad quae obduruerunt hominum corda: & ſur/ dis excantatur. Atqui tarde nimis datur deſi derato manus.

Vale. Viue. Dura. Vt fias quae irrefra/ gabiliter conmanent/malorum: dannorumq; teſtis.

Kſs. Sextilibus. M. D. XXVI.

LAVS DEO ET IMMACVLA TAE VIRGINI MARIAE.

Impreſſum Senis per Simeonem Nicolai Impreſſoris Senenſis

Die. XX. Feb. M. D. XXVII.

. P . M . F .

AD LECTOREM

Hoc Lector merceris opus documéta daturū
Cūcta : quibus Belli / &dira pericla Famis /
Effugieſq; ſuis. Genius tibi nanq; benignus
Acturus quod ſis : & ſugiturus : ait.

FINIS

❡ Huius operulæ errorum index.

❡In folio 2. Colūna. 1. verſiculo octauo. Duximus / non duxerimus.
Fo. 3. co. 1. ver. 18. efferæ, non efferræ.
Item co. 2. ver. 8. experientiis, non experietis
Item ver. 11. viribus, non iuribus
Fo. 8. co. 1. ver. 9. dicere, non diſcere
Item ver. 18. inexplebilis, non explebilis
Item co. 2. ver. 19. preteribit, non preteriet
Fo. 9. co. 2. ver. 16. uncato, non huncato
Fo. 10. co. 1. ver. 8. indigetis, non indigentis.
Fo. 12. co. 1. ver. 3 perferto, non perfecto
Fo. 13. co. 1. ver. 8. ſuperſtites, non ſuperſtes
Fo. 16 co. 1. ver. 10. Ingeniū & Arte, non Ingenium Arte.



99 959303

XXI

XXII

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Mc